

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1192 - 1193

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

Albertus comes de Tagesburc, comes Sigebertus, comes Burkardus de Hohenburc, Bertoldus de Kunegesburc, Heinricus adyocatus de Huneburc et Ludewicus frater ejus et alii quam plures.

Signum domni Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.

Acta sunt hec anno 1192, indictione 10, regnante domno Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni ejus 23, imperii vero 1. datum apud Hagenowe per manum Sigelois imperialis aule prothonotarii, vacante cancellario, 4 nonas marcii.

Aus Würtwein Nova subs. dipl. X, 156 nr. 53 (ex libro salico cathedralis Argentinensis fol. 69, wohl identisch mit lib. sal. 1347?). — Böhmer nr. 2761, 2778; Stumpf nr. 4696, 4739.

131. *Der Straßburger Domprobst Eberhard entscheidet, daß die zwölf Viertel Getreide, die der Custos und der Kellermeister jährlich zu liefern haben, nicht dem Pförtner sondern dem sogenannten Wegekorn anheimfallen, das unter alle Domcanoniker vertheilt wird. 1193 August 7 Straßburg.*

Febr. 2
Aug. 10

: In nomine sancte et individue trinitatis. Eberhardus Argentinensis ecclesie majoris prepositus. que perpetualiter sciri desiderantur, memorie scripturarum commendantur. unde est quod notum esse volumus omnibus in Christo pie viventibus tam presentibus quam futuris, domnum Bertoldum de Gerolteseke in ecclesia nostra portarium duodecim quartalia, quorum sex custos, cellerarius sex singulis annis dare debet, ad officium suum scilicet portę pertinere contendisse. Hugo vero confrater noster de Friburc pretaxata duodecim quartalia ad annonam, qua ipse fuit inbeneficiatus, que vulgariter dicitur wegecorne, de qua centum et viginti quartalia a purificatione sancte Marię usque ad festum sancti Laurentii universis confratribus nostris singulis diebus distribuuntur, utpote ipse ab antiquioribus confratribus suis acceperat, pertinere asserebat. nos vero, cum inter eos amicabiliter componere non possemus, capitulum pro litis decisione indiximus, die instituta partibus presentibus et eorum consensu juxta sententiam confratrum nostrorum et absque dolo, remota hinc et inde juris subtilitate, cujus inter hos prefatos litigantes supradicta duodecim quartalia de jure esse deberent, in virtute obedientię indagavimus. duo confratres de antiquioribus Cånradus de Odelbrücke et Fridericus de Antringen, cum alii ignorarent, veluti asseruerunt, sepedicta duodecim quartalia sub obtentu obedientię, secundum quod ab antecessoribus eorum audierunt et temporibus suis viderunt ac etiam omni occasione postposita scirent, annonę prenominate, que usualiter wegecorne dicitur, canonica attestacione adjudicaverunt. nos itaque per sententiam unanimem confratrum nostrorum predicto Hugoni concanonic^a nostro, qui annonę jam dictę scilicet wegecorne preerat, sepedicta duodecim quartalia confirmavimus. preterea domno Heinrico de Veringen, qui et custodię et cellarie tunc fungebatur officio, supradicta duodecim quartalia Hūgoni predicto per sententiam dare

a) B concanico.